



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

(12. De modo & ratione mouendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Hac sola restat fabula, & magna venis
Spicula scena, defer audaces manus.
Purge ira, pergo.
Subdit statim, & intepescit:
— Vincor infelix patens,
Heu cor ragescit, membra torpescunt gelu!
Perimere natum fundere crux meum meum!
Comedere carnes: melius: Ah demens fure
r! Resilit statim motus, quasi violentus satelles,
& miseram rapit:
Morietur es, quid moror? pia, impia!
Morietur es.
Hæc mixtura affectuum plurimum habet vi
xium, & suavitatis.
At dices: si dolor, & iracundia solo excitant
da sit, cunctæ lœtae species adhibentur: id om
nino cum dexteritate præstandum est. Solent
plerumque lœta premiti, quo ex eorum ia
cura grauius postea itinaret dolor: quod
in Aristidis exemplo docui, vbi nobilissime
verbis amicitatem, & delicias commemorans,
viam sibi sternit ad monodiam. Caudendum est
ramen, ne cum doloris aguntur partes, faceta
quædam, & iucunda intempestivæ misceantur,
qua gliscerent plerumque morum esidunt, &
seria concurruunt in risum.

De modo, & ratione mouendi.

CAPUT XII.

Captanda
occasionses
mouendorum
affectuum.

In modo, & ratione mouendorum affectuum
hæc præcipue sunt obseruanda.
Primo, postquam orator, & personarum,
quas constituit permanere, & suarum viri
um exploratam haberrationem, debet omni
no rerum cetera quæque adiuncta diligenter
examinare. Contingunt enim aliquando
tempora, vbi repentina aliquando casu
iam commoti animi flexibles sunt, & in eam,
in quam semel inclinarunt parrem, facilissi
mo isti impellantur. Itaque tunc felici
ter cadunt oratorum tali, cum eis locus, &
ratio temporum; ceteraque id genus famu
lantur. Contra, difficilius est mouere, vbi jam
senio ad similes affectus peccora obdurue
runt, aut contrarijs etiam affectibus occupa
ti, impeditaque sunt: tunc certandum ratio
nibus, instandum, colluctandum, nihil enim
inanes motus efficiant, nisi perniciax adver
sus ea, quæ dicuntur, iudicium, dextro Marte
expugnatum fuerit. Doccadus est, atque eru

diendus etiam imperitorum intellectus, an
tequam motus inardescant, & nunquam ex
abrufo incipiendum, nisi iam mura rerum
circumstantia egerint, quod erat ab oratio
ne expectandum: licet Ciceroni ita exor
diri.

Quousque tandem abutere, Catilina, pa
tientia nostra? &c.] Et prudenter quidem in
eo fecit, iam enim ita partim metu, partim
iracundia, & dolore incitati erant omnium a
nimis, ut magis ipse, aascentibus veluti afe
ctibus obstetricari videretur, quam nondum
natos generare, ac deformatre. Quod pleisque
male aripientes in frigidis, & ledatis argu
mentis, statim in acutissimos erumpunt lo
nos.

Secondo, Est comparare a simos ad mo
tum oporteat, magnâ tamea curâ prouiden
dum est, ne ipsi acceristi, aut intruhi videan
tur affectus, hî enim comparati, si affectati, si
nimis artificiosi appareant, quasi detrecti ho
stium subterranei cubiculi, aut eliduntur, aut
minus habent virium. Elicienda est permotio
latenter, non autem cum ea aperto marte pu
gaendum.

— Nec nocte paratum

Plorabit, qui me voler incurvasse querela.

Quia in re lepidissimum est, quod narrat
Quintilianus de adolescentulo cauifido, qui
apud Caſſium Seuerum dicturus, inter cathe
ros motus comparauerat, Quid me toruo vul
tu intueru, Seuere? Ad hæc frigidè vir grauius: Fab 16.2
Non me horrenies, inquit, facisbam; sed sic scrip
ſisti. Ecce & quam ponuit truculentissime e- Festina
um asperxit. Alius tranſtulit aliquando puel
lam, quæ fotor esse aduersari dicebatur: (nam merib
de hoc lis erat) in aduersa subſellia, tanquam coparia
in gremio frattis relifturus. At is præmoni
tus iam decesserat. Tum ille alioqui vir fa
cundus, inopinata rei caſu obmutuit, & in
famem suam frigidissime reportauit. Alius
imaginem mariti pro rea proferre magnus
putauit, & eas p̄ se risum fecit; nam & hi,
quorum officij erat, ut tradicerent eam ad epi
logum, ignari quid esset epilogus, quoties
respxerit patronos, offerebant palam, &
prolata nouissime deformatas ipsa imaginis,
præteritam quoque gratiam orationis perdi
dit.

Tatium est in insulis motibus periculi. Quid
igitur nihil erit apparaudum? quid, & quo
modo dicas non erit meditandum? Absit:
Affectibus enim proprias sententias, & ver
ba.

ha aptare, res vna' est omnium difficillima, & magnorum peculiariis laus ingeniorum, quam tentarunt multi, præstiterunt pauci: quo sit, vt tardò temerario ingeni calore, fatis feliciter exequatur. Comparanda est opinor, motio, sed ita comparanda, vt naturaliter influere, non insufsa esse videatur, nisi forte exercitatis semis in dicendo hominibus contingat, vt in eo etiam repentina furore sunt felices.

Motus ut corrum-
pitur.
Tertio in rebus prouidendum est, ne ijs, quæ proponuntur opus sit intentione iudicij quam acuta: nam, vt superius monui, quod magis inuestigando laborat intellectus, eò magis in sensu minuitur permotio: ex quo viiant, & corrumpunt affectus, qui vbi' primùm mouere incepint, statim erudita quædam, & recundita commiscent, quibus dum auditoris adhærescit intellectus, motio praterfluit.

Qua argu-
menta re-
confusa, lapientem quodam errore vagari, **quirantur** vt videantur ab incensa potius mente subiecti, **inmoti-**
bua.

Sententia in moti-
bus crebra.
Affectus sicut diffu-
sa oratio.
Motus 12.
per-
parantia.

Quattuor, argumenta debent esse mixta, & confusa, lapientem quodam errore vagari, quirantur vt videantur ab incensa potius mente subiecti, quam illa artificij exquisitione comparari. Sic apud Virgilium Dido, apud Senecam Medea, coloribus, & confusis cogitationibus raptim per omnia desilunt.

Quinto, Debent esse in affectibus crebra, acuta, & vibrantes sententiae: sicut enim affectus diffusa oratione, non secus ac tenebras, cum ventus spargitur fit imbecillior. Bene igitur apud Ciceronem, mulier ad victoris abiecta pedes exclamat; Miserere nostri, noli extinguerre extatos, suimus aliquando felices, memento te esse hominem.

Hæc si periodicè dicerentur, prius gladius hostis feriret, quam esset absoluta periodus.

Dictio que ad motus apta.
Sexto, in mitibus affectionibus, dictio erit mobilis, & cito: sed tamen honesta, & grauis, in vehementibus, & valde incensis, erit stylus, qui saxa deuoluat, vt, [Pontem indignatus Araxes.] Idecirco in tragedijs plerumq; cothurnata verba, & translationes longè petitæ ceduntur.

Septimo, vt nerui in cithara, neque nimis intendendi, neque inertius remittendi, ita in affectibus, maximè vero ab oratore, adhæbenda quædam est in modo, in rebus, & verbis mensura: atque, vt curandum est, ne sint iacentes, infirmi, inclinati: ita etiam non nimis acuendi, ne in parenthysrum transeant: nam permissiones vbi' nimis fuerint, speciem habent vitiorum, & eos iplos, qui ita affecti sunt oratores, contemptos faciunt, siique impotentes.

Ad summum sapienti prouidendum erit, lachrymulas citò arescere, & ardorem animorum extingui, nou istis tantum sensuum permotionibus insistendum, sed firmissimis præsidis mentem, rationemque munendam, quibus conceptas affectuum flamas alere, conseruareque possit.

Octauo, Occurrunt etiam nonnunquam **Magni** res adeò magna, & graues, vel adeò dire, **mu-**
nus sepe
nestæ, læte, iucunda, insolite, inauditæ, vt tegendi si-
milius (non secus ac Timantis Agamemnon) **lento.**
videantur silentio premi, quam mediocri oratione exprimi. Has ob res, Aiacis, & Didonis silentium in Necta Homeri, & Virgilij, merito omni oratione grauius sapientes iudicaverunt.

Parui squider affectus sèpius loquuntur, magni stupent. Itaque in hoc gaudij veluti torrente, Theagenes, & Chariclea non loquuntur apud Heliodoru, nisi paucissimis, & in ijs interruptis vocibus ἔχωσι. Ad summum, stupore defixi concidunt, & toti superfluentis gaudij vortice obruuntur.

Nonò, proficiendum est, vt non in sola peroratione (quanquam præcipius est in ea locus) sed per totam etiam orationem, vbi res postulat, diffundantur affectus; neque vt Musica odiosa, atque importuna præter rem ingerantur, neq; etiam locis necessariis desint, sed prudenti quadam œconomia dispensentur.

De remissione affectuum.

C A P V T X I I I .

Festiuam narrat historiam Suidas de ignis, & Nili certamine. Chaldaei (inquit) Ignis cultores, Deum illum suum per omnes terrarum oras exultantem, ceterorumque domitorem circumferebant, quod vi ignis cætera quæque idola dissoluerentur. Vbi ventum est in Ægyptum, sacerdos quipiani callido vir ingenio, hydriam quandam in Dei speciem efformataam, vel vt alij volunt, ingentem Nili statuan cauam, aquæ plenam, & innumeros foraminibus, quæ tunc cera obduxerat concisam producit. Nec mora, dato signo Di congregariuntur, ignis statua Nili subiicitur, qui postquam afflate cepit, liquefa-

B b b

aa